



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 127. Mahometus cherisius mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

ac sese Nazero fratri suo conjunxit, ubi Sæcul. XVI.
 tamen ambo conscenso mercatoris Chri- A. C. 1557.
 stiani navigio, cum oram Hispaniæ le-
 gerent, ab Armoricæ piratis capti sunt.

§. CXXVII.

Mahometes Cherifius mortuus.

Itaque Cherifius Fezam ingressus, reli-
 cto ibidem Abdala Marocum reversus
 est, inde vero Susam contendit, quod
 tamen iter ei sat funestum accidit; cum
 enim Salaraisio paulo ante mortuo Ha-
 zes Hariadeni Barbarossæ Filius Alge-
 rium, quod cum regio imperio ipsius Pa-
 ter tenuerat, obtineret, isque suspectam
 maxime potentiam Cherifii haberet,
 cum quodam ejusdem secum nominis vi-
 ro, qui latrociniis, & homicidiis infam-
 is erat, atque ultro operam suam de-
 ferebat, agit, ut Mahumetem Cherifium
 quavis ratione de medio tolleret, quem
 in finem hic latro nomine Hazen, ac si
 ab Algeriensi Rege ob acceptam injuriam
 profugeret, cum viginti conjuratis per
 Tremecenem iter instituit, & nulla mo-
 ra interjecta Fezam venit, ubi ementi-
 tam sui adventus causam exposuit Ab-
 dalæ Turcarum genti infenso, qui ea, li-
 cet falsa foret, cognita mox Hazem ad
 Patrem suum, qui tum Maroci agebat,
 contendere jubet, a quo etiam non so-

Sæcul. XVI. lum summo honore exceptus, sed etiam
A.C. 1557 fui fatelitii Præfectus fuit nominatus.
 Hoc itaque munere auctus Cherifium
 comitabatur, cum autem hic ad quem-
 dam in monte Atlante locum, cui A-
 gnelium nomen, venisset in Biboniæ an-
 gustiis, per quas iis, qui Marocho Taru-
 dantium tendunt, necessario transeun-
 dum erat, Turcæ delecti quasi ad eum
 salutandum aderant: itaque Hazen,
 cum Cherifium solum duntaxat uno ex
 clientibus suis, & altero Lusitano fidei
 desertore stipatum ante prætorium of-
 fendisset, stringit gladium, & tergum
 vertenti Cherifio, ac, cum præcipitan-
 tius aufugeret, fors titubante gradu
 cadenti poplites succidit, & mox alii
 conjurati superveniunt, & plurimis ja-
 centem ictibus transfigunt, eumque i-
 bidem exanimem relinquunt. Hic tan-
 dem fuit exitus Cherifii Mahometis,
 qui an ingenio, & animi in periculis
 constantia, vel utrum perfidia, & cru-
 delitate insignior fuerit, ambiguum re-
 liquit: Porro obitus ejus dies contigit
 Mense Septembri Anno reparatæ salu-
 tis millesimo quingentesimo quinqu-
 gesimo septimo, postquam triginta se-
 ptem annis sceptrum rotaverat.